



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et  
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

**Paullini, Christian Franz**

**Francofvrti ad Moenvm, 1698**

VI. Hatto I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44860**

*Rabanus*, ad Archi-Episcopatum scilicet Maguntiacum, *Otgarii* successor, cum quo antea AD. DCCCXXXVIII. Monasterium *Hirsaugiense* consecraverat. AD. DCCCXLIX. V. Kal. Nov. dedicavit Ecclesiam *S. Wiperti* in *Herosvelt* ut Archi-Episcopus. Moritur AD. DCCCLVI. & jacet apud *S. Albanum*.

## VI. HATTO I.

VI. *Hatto I.*

Quem cognomine vocant *Gloriosum* & *Bonosum*; sed non *Waldo* dictus est. (k) Successit circa AD. DCCCL. Erat benignus & valde sollicitus Pater. Acquirat Monasterio *Eydervelt* & *Wylmerhusen*. Eodem annò magna fames grassabatur per *Buchoniam* & vicinas regiones. Cùm pauper aliqua de *Fulda* femina præ intolerantia famis filiolam suam mastare & vorare voluerit, ecce, divina sic volente Providentiã, subito *lupus* accurrit, qui jam ceperat *cervam* juniorem, eamque adhuc rostro tenebat. Hanc bestia famelicã infantivorã ante pedes posuit, & sic à cãde infantis retraxit. Exemplum speciale & memorabile. Exemplo Antecessorum *Otgarii* & *Rabani* à *Leone IV.* Papa privilegia monastica acquirat. Cùmque pauci census & decimã ad portam Monasterii *Fuldensis*, pro reficiendis seu alendis hospitibus & pauperibus, dati essent, *Hatto* Papam *Leonem* adiit & Imperatorem *Lotharium*, & ab utroque multa prædia ad sustentaculum hospitem & pauperum, ad portam Monasterii deputata, reportavit. Etiam hæreticos *Arianos*, *Donatistas*, *Novatianos*, & ejusmodi partus satanicos, zelosè confutavit. Mors ejus incerta est. Sed quid ista me turbabit? seu enim A. D. DCCCLVI. vel DCCCLXII. seu DCCCLXV. mortuum credas, mihi idè nec ferēs, nec metēs.

## VII. THODO.

VII. *Thodo*,

Professus *Fuldensis*: quò añò præcisè successerit, non adèò clarè pater, ob dubium *Hattonis* annum emortualem. Si tamen ex mandato *Ludovici* Regis Germanorum ad Nepotem ejus *Ludovicum* in Italia, & per hanc occasionem ad *Nicolaam* Papam profectus est AD. DCCCLIX., verosimile fit, circa AD. DCCCLVI. vel sequentem mortuum esse. A dicto Papa confirmationem omnium privilegiorum suorum simul impetravit, & gratum se fecit apud omnes. Erga pauperes semper benignus & liberalis fuit. SS. Martyres *Antonium* & *Aonium* Monasterio suo intulit, & pro reservaculo eorũ porticus inferiores fieri fecit. In diffidiis *Ludovici* & *Caroli* Fratrum, qui propter regnum *Lotharii* acerrimè inter se præliabantur, depositus est. *Thodo*, fortè  
(Mmm) 2 quia

(k) Erronea igitur, quæ *Lambert.* ad ann. 861. de *Waldone*, ut Abbate *Fuldensi*, refert, ceu rectè judicat *Broyer* l. c. L. IV. p. 278.